11. 78 voll. in pelle

XXX, 365 fol. n. 1 Tav.

3406



Christoph Gottlieb
von Murr,

nat: d. 6. Aug. 1733. denat: d 8 April. 1811.

von C. W. Bock gez. u. gest. 1791.

CATALOGVS LIBRORVM

quos

V.C. CHRISTOPHORVS THEOPHILVS

de MVRR

Praefectus vectigalibus e mercatura Noribergensium redundantibus, pluribus Scientiarum Artiumque Societatibus adscriptus

collegerat

Noribergae

A. MDCCCXII. d. VI. m. Aprilis et diebus seqq.

publicae auctionis lege

pro parata pecunia distrahendorum

Libros in classes disposuit

b. Poss. suasque annotatiunculas litterarias passim adspersit

Vitamque levi penicillo adumbratam praemisit

IOANNES FERDINANDVS ROTHIVS

Cum imagine

Noribergae
in bibliopolio Lechneriano
A. MDCCCXI

PRAEFATIO.

Haud exiguam ſuppellectilis ſuae librariae partem, ſingula non ſolum opera codicesque manu ſcriptos, ſed librorum etiam figurarumque partim in aes partim in lignum inciſarum collectiones *Murrium*, quum in vivis eſſet, iam diſtraxiſſe, omnes bene norunt, qui rei literariae curam gerunt. Abhinc paucos demum annos, ut uno inſtar omnium exemplo utamur, *Joannis Mülleri, Regiomontani*, opera tum autographa tum impreſſa muneri dederat *Alexandro*, Ruſſiae Imperatori, a quo cum literis gratiarum actione plenis antidori loco multi pretii annulus transmiſſus fuerat.

Reſiduam bibliothecae ſuae partem viro illuſtri, *Colmar*, I. V. D. Regii Iudicii Noribergenſis Adſeſſori et ſocietatis florigerae ad Pegneſum Praeſidi, in amicitiae teſſeram teſtamento reliquit, qui omnibus ſuis ipſius commodis poſthabitis in id

ſolum induxit animum, ut quaevis amiçitiae gratique animi officia diligenter ſancteque ſervaret atque efficeret, ut amici fides ſarta tectaque perveniret ad poſteros, perſuaſus, ſuarum eſſe partium, omnem adhibere diligentiam, ne quid detrimenti caperet bona boni amici fama.

Quosdam quidem ſupellectilis librariae *Murrianae* libros ſuae ipſius bibliothecae inſeruit haeres, ut in ea amicitiae, quae inter ipſum et *Murrium* interceſſerat, exſtarent teſtimonia. Ceteri vero libri, quorum catalogus bibliophilis traditur ac commendatur, publicae auctionis legi ut exponantur neceſſe eſt, ut non ſolum aere alieno, quo obſtrictus erat amicus, ab haerede, cui bona amici fama curae cordique fuit, liberaretur, ſed etiam legata ex ultima b. Viri voluntate diſtribuenda perſolvi poſſent.

Qnae librorum horum publice vendendorum conditio ſit, ac quo in catalogo conficiendo modo uſi ſimus, rationem reddituri, de b. *Murrii* vita, meritis obituque pauca praemittenda eſſe duximus.

CHRI-

CHRISTOPHORUS THEOPHILUS de MURR, Praefectus vectigalibus e mercatura redeuntibus, ex gente, a virtutis ſtudio et ab antiqua nobilitate laudatiſſima, oriundus, natus eſt Noribergae A. MDCCXXXIII. d. V. Aug.

Patrem veneratus eſt Georgium Chriſtophorum de *Murr*, Praefectum ſuburbio *Gostenhof* dicto, qui A. MDCCLVI. d. VIII. Maii ex vita diſceſſit, matrem vero Claram Suſannam ex antiqua et nobili *Dilherrorum* de *Thumenberg* ſtirpe, quae per aliquot ſaecula Noribergae floruerat.

Domeſticorum praeceptorum primum disciplina ac inſtitutione uſus eſt. Annis provectioribus quum artium humaniorum ſtudia exercere alacrius cuperet, traditus fuit Gymnaſio Aegydiano diſcipulus. Plurimum, uti ipſe ſaepius grata mente praedicabat, inſtitutioni ac doctrinae *Schwebelii Gahniique* debuit, quorum fidem ac humanitatem quavis data occaſione expertus eſt.

Ad hiſtoriae literariae ac librariae ſtudia a teneris fere unguiculis propenſus patris bibliothecam puer iam in deliciis habuit. In itinere enim, quod per Italiam quondam fecerat, pater rariſſimos ac pretioſiſſimos conquiſiverat libros, operam inprimis navante *Magliabecchio*, Romae tum degente, Bibliothecae Florentinae poſtea Praefecto, quocum commercium litterarium ad obitum usque fouerat atque aluerat *Murrii* noſtri pater.

Prae-

Praeter alios paternae bibliothecae libros maxime arrifit *Murrio* noftro, tredecim tum annos nato, *Thomae Brownii* Pseudodoxia Epidemica, quippe quae ipfius animum ita affecerit, ut fibi proponeret, omne quod reliquum effet vitae tempus impendere vero.

Studiis fcholafticis abfolutis iisque apprime imbutus fub finem A. MDCCLI. abiit Altdorfium ibique more recepto inter ftudiofos academicos nomen profeffus virorum celeberrimorum, *Willii*, *Adelbulneri*, *Nagelii*, *Semleri*, *Weisii*, *Deinlini*, *Spiesii*, *Linkii* atque *Heumanni* praelectionibus academicis quam folertiffime interfuit. Linguam Italicam eum *Steigerus*, Anglicam vero *Bernholdus* jun. docuere. In Hifpanica pluribusque aliis linguis erat Autodidactus.

A. MDCCLIV. difputationem proprio ut dicitur Marte elaboratam, in qua „obfervationes de Diis legiferis" cum orbe literato communicavit, in fe fufcepit publice defendendam moderante *Joanne Heumanno*.

A. MDCCLVI. defendit fub eiusdem praefidio fuam „Commentationem de re diplomatica Friderici II. Imp. Aug." Ad hanc commentationem elaborandam impulit *Murrium* Diploma Frid. II. A. MCCXIX. Noribergenfium Urbi datum juxta originale in Reip. Noribergenfis Archivo affervatum, quod ipfe accurate defcripfit primusque publici juris fecit.

Quin-

Quinquennio Altdorfii exacto rediit Anno MDCCLVI. in patriam. Quum ſingulari flagraret deſiderio, alias regiones perluſtrandi, ſuſcepit A. MDCCLVII. iter literarium.

Linguarum orientalium et occidentalium perquam peritus, cum Graeciae Latiique auctoribus conjunctiſſimus, indefeſſo humaniorum literarum ſtudio perpolitus vale urbi patriae dixit et Argentoratum petiit.

Quam urbem ingreſſus inprimis id agebat, ut cum eius viris eruditis amicitiam contraheret. *Schoepflinum*, cui literas *Heumanni* commendatitias tradiderat, *Murrius* noſter ſic ſibi faventem expertus eſt, ut ipſi ſuppellectilem ſuam librariam utendam quam lubentiſſime permitteret. Ad patrum Ieſuitarum Bibliothecam, cui pater *Fevrius* (le Fevre) praefectus erat, patuit quoque *Murrio* aditus. Iam ſub itineris initium, dum Argentorati commorabatur, nactus eſt feliciter occaſionem ſuam diplomatum collectionem, Bibliothecam mathematicam univerſalem quam Anno MDCCLXXXVIII. *Murhardo*, V. C. et Bibliothecam ophthalmographicam, quam A. MDCCLXXX. *Wrisbergio*, V. C. dono dederat, ditandi. Bibliothecae etiam glotticae univerſalis, cuius conſpectum A. MDCCCIV. edidit, fundamenta jecit in illa literarum univerſitate *Schoepflino* ac patribus Ieſu Soc. auxilium ferentibus.

Per-

Pervenerat quoque in aliorum hujus Academiae Professorum clarissimorum familiaritatem, in quorum numero praesertim veneratus est *Gravelium*, Physicam experimentalem tunc temporis publice docentem, cujus praelectionibus, quamdiu ibidem commorabatur, frequentissime interfuit.

Verum enim vero non contentus, Teutonum urbes peragrasse, Viros eruditione ac fama pollentes convenisse et e singulorum doctis sermonibus profecisse, Argentoratique thesauros literarios conquisivisse, incensus est desiderio Belgium et Angliam, istas tunc temporis publicae libertatis sedes, peragrandi.

Argentorato itaque relicto itineris cursum direxit in Hollandiam. Belgica circa aedificia et plateas mundities ipsi perplacuit. Diversorum Sacrorum tolerantiam admiratus est et studiose observavit religiosos hominum, ut Quackerorum etc. coetus. Visitavit urbes praecipuas, Amstelodamum, Lugdunum, Trajectum etc. Ubique Musea omni tum rerum naturalium tum antiquitatum copia instructissima ipsi perscrutanda concessere Proceres. A viris celebratissimis, *Meermanno*, *Albino*, *Schultensio*, *Trotzio*, *Reizio* aliisque benigne susceptus, et non sine singularis benevolentiae signis dimissus est.

Ex Belgio trajecit in insulam Britannorum, a quibus, ut a Batavis, aeque benigne susceptus novos

vos fibi thefauros eruditionis Londini, Oxonii et Campoduni conquifivit. Viri doctrina et artis laude florentiffimi, *Hillius*, *Askewius*, *Taylorus*, *Parsonsius*, Guilielmus *Hunterus*, *Swintonus*, *Gloverus*, *Hogarthus*, *Garrickius*, *Ehretus* et *Millerus*, cuius patria Noriberga erat, *Murrio* noftro quaeque amicitiae ac benevolentiae officia praeftitere. Doctor *Birchius*, regiae Scientiarum Societati a fcribendis literis, introduxit ipfum in Sodalium concilium. Interfuit quoque confeffui Sociorum, qui Antiquitatibus perfcrutandis ftudia confecravere. Ab ipfo Magnae Britanniae rege, *Georgio* II. a *Münchhausenio*, qui rerum Hannoveranarum curam in aula regia gefferat, commendatus, clementer fufceptus eft.

Profecit potiffimum e *Granvillii*, olim *Carteret* dicti, viri longa peregrinatione ac multo rerum hominumque ufu inftructiffimi fermonibus ac colloquiis. Permultus inter eos fermo fuit de Teutoniae et Magnae Britanniae jure publico. Quo factum eft, ut plura priorum faeculorum documenta ac diplomata oculis infpiciendi ac perluftrandi occafionem nactus fit, qua fortuna haud quivis exterorum fruitur. Hujus igitur *Granvillii* fingularem erga fe benevolentiam ac humanitatem grata per omnem vitam cuftodivit memoria.

Ut puram linguae Anglicae pronunciationem fibi compararet, concionibus tum facris tum pro-

fanis

fanis in fuperiori et inferiori regni curia habitis, ludis fcenicis etc. perfaepe interfuit.

Non fine dulci voluptatis fenfu recordatus eft b. *Murrius*, quantopere clariffimorum virorum Londini degentium confuetudine delectatus fit, et quam beate ibidem vixerit. Liber a libidinibus ac vanitatibus, ad quas proclivis effe folet adolefcentia, nullius rei, praeter ftudia, follicitudini implicitus, alma dicendi fcribendique libertate fruens, omnino nuncupandus erat terque quaterque beatus.

Ne aliis Londini otiofe commorari videretur, Picturae, Sculpturae ac Scalpturae Bibliothecam, quam A. MDCCLXX. edidit, condere incepit.

Anno in Anglia transacto rediit in patriam, quam paulo poft iterum reliquit, ut Vindobonam proficifceretur, ubi negotiorum cauffa totum fere annum MDCCLVIII. confumfit. *Senkenbergius*, *Vockelius*, *Metastasius*, van *Swieten*, *Meytensii*, *Popowitschii*, *Schwandnerus*, *Kollarius* pluresque alii, qui tunc temporis iftius urbis praeclariffima fuere ornamenta, dederunt ei occafionem urbis memorabilia infpiciendi, Bibliothecas et Mufea perluftrandi fuumque eruditionis apparatum locupletandi. Patres Societatis Iefu, *Fröli-chius*, *Khellius*, *Cronsteinius*, *Ketensius*, *Franzius*, *Hellius* et *Rieggerus*, ambabus ut dicitur manibus *Murrium* fufceperunt liberaliterque foverunt.

Eo-

Eorundem negotiorum caufa Viennam altera vice A. MDCCLX. commigravit. Interjecto tempore, exeunte anno, abiit in Italiam. Per aliquod tempus commoratus eft Venetiis, Patavii, Vicentiae ac Veronae, ut *Goldonio*, *Zanetto*, Bibliothecae ad d. Marci Praefecto, *Ugolino* aliisque fautoribus atque amicis frueretur. Viri nobiles, *Farsetti*, *Pisari* et *Foscarini*, quorum pofterior fequenti tempore Venetiarum Dux electus eft, *Murrium* in mufea fua locupletiffima introduxerunt. Antiquitatum omnis generis, Numorum, Statuarum, Vaforum, Gemmarum, imaginum pictarum etc. thefauros cumque illis coniunctas bibliothecas exquifitiffimis libris refertas ftudiofe ubique perluftravit *Murrius*.

Patavii convenit *Vallisnerium*, *Morgagnum*, *Facciolatum* et *Tartinium*, alterum Orpheum; Veronae vero amplexus eft *Cignarolum*, et *Lorenzium*, celeberrimos pictores. Magna Italiae parte peragrata Viennam tranfiit, Salisburgi *Mozartum* et Auguftae Vindelicorum *Bruckerum* alloquens in patriam incolumis reverfus eft.

Reductus factus collectiones fuas in ordinem redigere allaboravit. Quo negotio vix ac ne vix quidem abfoluto, Coronatio Georgii III. Regis Magnae Britanniae, A. MDCCLXI. m. Septembri celebranda, hanc infulam iterum invifendi defiderium in *Murrii* noftri animo incendit.

Bo-

Bonis avibus igitur accinxit se itineri. Ingressus viam pervolavit Teutonum urbes et trajecit in Angliam. Londini non solum veterem cum viris eruditione ac arte claris consuetudinem renovavit, sed etiam novos sibi comparavit fautores atque amicos.

Undecim per menses Londini commoratus rediit A. MDCCLXII. Hamburgum, ubi *Reimarum*, *Telemannum* et *Schmidlinum*, Lexici Catholici auctorem, aliosque viros honestos sibi fecit Amicos. Hamburgi commorans, ne plane otiosus videretur, ex Anglico idiomate in Teutonicum verterat *Henrici Fieldingii* de itinere per Lusitaniam facto commentarium, qui addita auctoris vita Altonaviae Anno. MDCCLXIV. prodiit. A. MDCCLXII. exacto Noribergam reversus a senatu A. MDCCLXX. mercaturae vectigalibus praefectus est. In hoc munere publico obeundo nihil fecit, quod sua fide esset indignum, pro singulari quae in eo erat pietate atque amore in patriam.

Tempus a negotiis publicis liberum et otium, quod pro muneris publici conditione saepius habuit, lectioni impendit librorum. Praesertim auctorum, ut dicuntur classicorum, Graecorum Romanorumque, amore ac studio flagravit. Ut eorum scripta commodius legere et secum in sinu quasi gestare posset, tomos s. volumina in sectiones particulasque discerpsit, id quod fatum *Homeri*, *So-*

Sophoclis aliorumque editiones expertae fuere. Quae disjectorum membra Poëtarum *Murrium* comitabantur non solum in praetorium, sed etiam extra urbis moenia per agroscamposque deambulantem. Sive adiret thermopolium, sive frequentaret ludos scenicos, sive amici museum inviseret, gestabat unum alterumve disjecti poëtae membrum in pera non juvenili solum, sed et senili, haud immemor effati Horatiani:

— — Vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Artem musicam, cuius quoque amantissimus fuit, horis subcesivis tractavit vel pantachordo vel cithara canens. Quo factum est, ut multos sibi ad artem musicam spectantes libros comparaverit tum manuscriptos tum impressos tum in aes incisos, quos sequens catalogus producet. De suae artis musicae studio testantur etiam quaedam opuscula, quae ad hanc artem illustrandam faciunt, ab ipso edita, e gr. *Philodemi* fragmentum aliaque.

Admodum diligens quoque fuit in scribendis literis. Per Teutoniam, Galliam, Angliam, Daniam, Sueciam, Russiam, Hispaniam, Lusitaniam reliquasque Europae partes avolarunt ejus literae ad amicos, quos sibi ubique terrarum conquisiverat. Quid? quod ex Sinarum imperio ad ipsum transmissae fuere litterae responsoriae. Ex frequen-

quentiſſimo cum patribus ſocietatis Ieſu literarum commercio et ex ſingulari, quae inter eos et *Murrium* noſtrum ſemper interceſſerat, familiaritate, Cryptocatholicismi et Iesuitismi orta eſt ſuſpicio, quam omnino effugere nequiverat. Quantas turbas excitaverit quantasque moleſtias *Murrio* noſtro faceſſierit olim iſta ſuſpicio, omnibus hiſtoriae literariae gnaris cognitum eſt atque perſpectum. Per omnes fere priorum temporum ephemerides literarias ac librarias percrebuit perſtrepuitque pervulgatus hujus rei rumor. Praeſertim b. *Nicolaium*, univerſalis Teutonicae bibliothecae editorem ejusque recenſionum auctores expertus eſt *Murrius* noſter adverſarios, quibuscum ſaepius acriter ac pertinaciter conflictatus eſt. Scripto cuidam polemico praefixit illud dictum biblicum (Revel. Ioh. II, 6.) „Opera *Nicolaitarum* odiſti — equidem odi."

Haud exiguum porro librorum numerum *Murrianae* eruditioni ac diligentiae debemus. Catalogum eorum exhibent VV. CC. *Meuselius* (in Teutonia Erudita) et *Nopitschius* (in Continuatione *Williani* Lexici Eruditorum Noribergenſium.)

In *Nopitschiana* ſcriptorum *Murrianorum* recenſione ſunt quaedam partim emendanda, partim delenda, partim addenda.

Pag. 473. Auctor verſionis libri de Hiſtoria Martini Behaimii eſt H. J. *Iansenius*, non Hanſenius.

Pag. 474. *Secunda* editio verſionis libri *Hamiltoniani* de Antiquitatibus Pompejanis. Anno MDCCLXXXIII. (1783.) non exſtat, ergo delenda.

Pag. 476. Duo tantum volumina Ephemeridum novarum de rebus ad hiſtoriam artium etc. pertinentibus Lipſiae editarum prodierunt; continuatio, quam promiſerat *Murrius*, non exſtat.

Pag. 477. Commentatio de Papyris prodiit Argentorati A. MDCCCIV. (1804.)

Pag. 478. *Koeglerianae* notitiae SS. Bibliorum Iudaeorum in imperio Sinenſi editio altera prodiit *Halae* Sax. A. MDCCCV. (1805.)

Pag. ead. Hiſt. Artis alchemiſticae prodiit Lipſiae A. MDCCCV. (1805.) non 1804.

Pag. ead. Philodemus de arte Muſica prodiit Berolini A. MDCCCVI. (1806.)

Pag. ead. Commentatio de fuſione ſtatuarum aenearum inſerta eſt Ephemeridibus novis de rebus ad hiſt. artium ſpectantibus Lipſ. 1798. Pag. 347—372.

Pag. ead. Commentarius de caede Alberti, Ducis Friedlandiae, impreſſus forma quae dicitur octava, non quarta.

Pag. ead. Notitia regionum diverſarum Americae Hiſpanicae prodiit *Halae* Sax. A. MDCCCIX. (1809.)

Pag. 479. Numerus 3. praeponendus eſt Syllogi Diplomatum Frid. II.

Pag. 480. „Diſſ. de tranſitu ſcripturae hieroglyph. ad hierat. et vulgarem" — addendum eſt „*Aegyptiorum*" cum *sex* tabb. aen.

Pag. ead. Loco „Dſchebe Mokattab" legatur: *Dschebel el* Mokattab.

Addendum quoque eſt: „M. *Steffelii* Tarahumaricum Lexicon" quod *Murrius* publici juris fecit *Halae* Sax. A. MDCCCIX. 8. maj.

In *Murrianis* ſcriptis editis deſideratur quidem nonnunquam judicii ingeniique acumen, attamen adverſarii aeque ac fautores uno ore in eo conſentiunt, miram ex illis elucere eruditionem, ſingularem linguarum tum orientalium tum occidentalium notitiam ac indefeſſum literarum humaniorum ſtudium. Neque negandum eſt, b. *Murrium*, cujus memoria mirum in modum tenax erat, aevi noſtri literatorum principem nuncupandum, eumque de omni re diplomatica, de patriae hiſtoria, de literarum, artium et artificum hiſtoria longe meritiſſimum eſſe. Satyras quasdam, ſed invita plerumque Minerva, ſcripſit, et Satyrorum gregem ita

irri-

irritavit, ut fere femper ex praelio exiret vulneratus ac faucius. Pepigit interdum etiam carmina idiomate non folum vernaculo, fed etiam Latino, Gallico, Italico etc. forfan tentaturus

Quid humeri valeant, quid ferre recusent.

E mufeo fuo protraxit quondam in lucem publicam volumen Epigrammatum, quorum vero haud pauca eo carent aculeo, quo hoc poëfeos genus omnino non carere debet.

Ut jufti judicis partes ageremus, naevos *Murrianorum* fcriptorum a viris eruditis faepius et quidem nimis acerbe caftigatos filentio praeterire noluimus. Eo lubentius concedent reip. literariae proceres *Murrio* noftro laudem indefesfi ftudii et eruditionis haud vulgaris gloriam. Per latos fcientiarum, artium et linguarum campos vagabatur *Murrii* noftri animus, ita, ut omnia exploraret et quae invenerit cum orbe literato liberaliter ac faepius iterataque vice communicaret.

Digna laboribus praemia *Murrio* noftro omnino non defuerunt.

Imperator Auftriacus, *Gustavus* III. Rex Suecorum, Princeps Hohenloico Schillingsfürft, Cardinales *Borgia* et *Garampi*, Princeps Waldeccenfis *Georgius*, Princeps *Galizinus*, Princeps

Poniatowski aliique plures dederunt Ipſi benevolentiae ſigna, literas nimirum et munera.

Multae in Teutonia et Gallia florentes literarum ac artium ſocietates b. *Murrium* in ſodalium numerum receperunt. A. MDCCLXV. a regio Hiſtoriae inſtituto, quod Gottingae floret, receptus eſt ſodalis; A. MDCCLXXIII. d. XVI. Septembr. a naturae ſcrutatorum ſocietate Berolinenſi; Anno MDCCLXXVII. d. XXXI. Maii a Caſſelenſi Antiquitatibus dicata ſocietate; A. MDCCCII. ab Argentoratenſi libera ſcientiarum artiumque ſocietate; A. MDCCCIII. a ſocietate agriculturae, ſcientiarum et artium provinciae Rheni inferioris; Anno MDCCCVII. (d. 30. Septembr.) a Gallica ſocietate imperialis inſtituti nationalis, et quidem in eam claſſem, quae hiſtoriae ac antiquae litteraturae colendae conſecrata eſt; Anno MDCCCVIII. (d. 5. April.) a regia denique ſcientiarum ſocietate Monacenſi.

Quod ad divini numinis cultum ſive ut vulgo dicitur religionem attinet, a Deiſtarum (ſit venia verbis minime latinis), Naturaliſtarum etc. partibus ſtabat *Murrius* noſter. Perſuaſum ſibi habebat, nullam omnino extare revelatam religionem, omnesque, quotquot ſunt atque fuerunt, religiones ex hominibus duxiſſe initium. Quam ob cauſam neque adiit Chriſtianorum coetuum templa neque eorum interfuit ſacris. Attamen in eum ex ſen-

ten-

tentia teſtimonioque civium, ad quos juſtos judices provocare mihi liceat, *Horatiana* probi viri laus quadrare videtur:

Integer vitae scelerisque purus.

Iuſtum quoque et tenacem propoſiti virum ſe omnem per vitam praeſtitit. In egenos et pauperes Eum animo fuiſſe benigno, immo benefico, non ultima laus eſt.

Caeterum vitam agebat *Murrius* noſter caelibem; cujus caelibatus cauſſa, uti ipſe quidem profitebatur, haec fuit. Londini quondam commorans pervenit in familiaritatem familiae cujusdam honeſtae ac nobilis, in qua ſe Ipſi magnopere commendaverat puella corporis non ſolum venuſtate, ſed etiam morum elegantia ac praeclaris animi dotibus. Adoleſcentem amantem redamavit puella. Mutuo amore conjuncti ſpondent mutuam in perpetuum fidem. Sed votis haud annuerunt fata. Interjecto enim tempore filia comitabatur parentes, quos negotia avocarunt Londino et traxerunt in Ruſſiam. Parentibus Petropoli commorantibus, morbo variolarum corripitur filia et morte praematura obit. Quo triſti nuntio de amaſiae dilectiſſimae obitu allato caelibatus perpetui votum in ſe ſuſcepit eiusque fidem conſtanter ſervavit *Murrius*.

In hac caelibi vita usus est victu admodum tenui. Ab ejus re familiari atque domestica omnis generis luxus quam longissime abfuit. Cerevisiae vinique per omne vitae tempus erat abstemius. Neque fumum herbae nicotianae aridae per arundinem aut per tubum fictilem extrahere; neque ejusdem herbae aridae pulverem per nares attrahere solebat. Abstinebat quoque a potu ex Thea cocto. Amantissimus vero erat potus ex fabis Arabicis tostis confecti, quo singulis diebus quater saepiusque fruebatur. Quotidie quoque usus est cochleari olei destillati mensura, eum nimirum in finem, ut a pectore ac pulmonibus arceret pituitam. Quo factum est, ut aetate jam provecta scalas domiciliorum gradusque, altiores turres, rupes montesque absque omni difficilis anhelitus sensu ascendere potuerit.

Corpore erat procero et gracilento *Murrius* fruebaturque valetudine satis bona.

A. MDCCCIX. gravi quidem oppressus morbo fuerat, ut de longiori vita fere desperarent amici. Brevi tamen temporis spatio ad pristinam salutem reductus est a D. *Osterhausen*, medico experientissimo, quocum multos abhinc annos amicitiam contraxerat quamque uterque sancte coluerat. Quavis occasione data amici sui doctrinam, solertiam ac experientiam in re medica praedicare gratus consuevit.

Una

Una omnes mortales exſpectat dies, quam effugere mortalium nemo poteſt. Meritis in remp. literariam ornatus, ſenio confectus, quod mortale fuit exuit A. MDCCCXI. d. VIII. m. April. natus annos LXXVIII. *Murrius* noſter, quem vetat Muſa mori.

Vitae curriculo praemiſſo, de ipſa librorum collectione ac catalogi conficiendi ratione modoque pauca nunc adiicienda ſunt.

Quum nobis ab illuſtri haerede, fautore atque amico noſtro ſuaviſſimo, negotium libros conſignandi injungeretur, eo lubentiori animo hunc in nos recepimus laborem, quo dulcior nobis *Murrii* amicitia ac conſuetudo plures per annos fuerat et quo religioſior in animo noſtro Eius memoria coletur.

Quamvis, uti jam diximus, haud exiguam librorum conquiſitorum partem vendiderit *Murrius*, permulti tamen in hoc catalogo invenientur libri tam raritate quam uſu conſpicui, quos per multorum annorum decurſum magnis ſumtibus indefeſſaque cura undecumque conquiſiverat, quosque partim in itineribus per Germaniam, Hollandiam, Angliam ac Italiam factis, partim per amicos, qui-

bus

buscum Ipſi in diverſis orbis terrarum regionibus commercium literarium intercesserat, ſummo ſibi ſtudio comparaverat.

Omnem librorum apparatum digeſſerat *Murrius* in eas linguarum, artium ac ſcientiarum claſſes, quibus ſtudia ſua dicaverat. Quam ob cauſſam *Joannis Arndtii* libros ſex de vero Chriſtianismo in linguam Ruthenicam translatos Lexicographorum ac Grammaticorum collectioni inſeruit. Non enim ad pios Chriſtianismi ſenſus in animo excitandos ſed potius ad linguam Ruthenicam addiscendam hunc ſibi comparaverat librum.

Saepius etiam joci cauſſa libris eum in ſcriniis aſſignavit locum, qui ipſos omnino non decebat, perſuaſus ſcilicet, oppoſita juxta ſe poſita magis illuceſcere. In uno eodemque ſcrinio v. g. *Voltairii* puella Aurelianenſis *(la Pucelle d' Orleans)* et *Habermanni* precationes piae apparuerunt conjunctiſſimae.

Catalogi auctorem vero impediverunt ſpatii domeſtici anguſtiae, quo minus omnes ac ſinguli libri eo collocari ac conſignari potuerint loco, quem iis aſſignaret ordinum ſ. claſſium ſeries. Praeterea plures librorum tituli ejus ſunt indolis, ut ad diverſa ordinum ſ. claſſium genera referri poſſint, id quod bene norunt omnes, qui in hoc literarum campo verſati ſunt. Auctores Graecos Latinosque ſe-

ſecundum ordinem alphabeticum lubentiſſime conſignaviſſemus, niſi libri nimis diſſipati domiciliique ſpatia nimis anguſta fuiſſent.

Multorum librorum volumina ſ. tomos diſſecare conſuevit eorumque partes ſeparatim compingi curavit b. Poſſ. ut quamque cuiusque libri partem in eum redigeret ordinem, quem ob oculos habebat. Ne vero emtores fallerentur, libros, qui *partes* tantum ac *particulae* ſunt, paucis verbis additis ubique indicavimus. Qua de re bibliophilos praemonendos eſſe duximus, ut ſibi perſuaſum habeant, ea nos fide, quae catalogi auctorem decet, ſingulos libros libelloſque ſollicite inſpexiſſe ac examinaſſe.

Libros, quos coëmerat b. Vir, fere omnes perlegit, ſaltim perluſtravit, ſphalmata typographica correxit, librorum margini notulas literarias paſſim adſperſit, quid? quod haud paucis libris auctorum imagines ſive in aes ſive in lignum inciſas praefixit, id quod emtoribus pergratum fore confidimus.

In bibliophilorum uſum adnotatiunculas literarias, quarum forſan nonnullae, uti ſperamus, rei literariae ac librariae ſcrutatoribus ſe commendabunt, paſſim adſperſimus, libris ab Anonymis aut Pſeudonymis editis vera auctorum nomina, ſi quidem nobis innotuere, addidimus, editionis denique

nique locum ac annum, quorum indicatione multorum librorum tituli carent, docuimus, si quidem nobis in notitiam venerant huiuscemodi librorum momenta.

Ornatu vel cultu externo perpauci commendantur libri. Elegantiae enim externae aut splendoris ornatus minus, quam usus fructusque rationem habuit *Murrius*. Adsunt tamen libri haud pauci, quos quoque ligatura elegans atque nitida commendat.

Quae vero sit cujusvis libri ligatura, sequentibus siglis s. abbreviaturis indicavimus.

Pd. (Pappendeckelband) significat compacturam chartaceam.

Pg. (Pergamentband) membranaceam.

RE. (Rück und Eck) semimembranaceam.

Ldr. (Lederband) coriaceam.

Ldr RE. (Leder Rück Eckband) semicoriaceam.

EB. (Englischer Band) Anglicam.

Frz. (Franzband) Gallicam.

HFZ. (Halbfranzband) semigallicam.

Gschr. Pg. (Geschriebenes Pergament) membranam scriptoriam.

br. (broſchirt) compactura charta colorata veſtita.

HH. (Hefte) ſingulas librorum partes compactas ac charta colorata veſtitas.

Roh) indicat librum nondum compactum.

AB. (alter Band) ligaturam ligneam et ſemicoriaceam.

Ceterum ſi qui ſunt, qui ex hac libraria ſupellectili theſauros ſuos literarios augere et locupletare avent, quique ad licitandum mandata dare cupiunt, amicis, quorum vicaria opera uti poſſent, deficientibus, adeant per literas Viros Honeſtiſſimos, quorum nomina, ordine urbium alphabetico obſervato, ſequuntur.

Auguſtae Vindelicorum. Profeſſor *May.*

Bambergae. Bibliopolium *Göbhardtianum.*

Baruthi. Profeſſor *Fikenscherius.*

Bremae. Bibliopolium *Heyseanum.*

Coburgi. Bibliopolium *Sinnerianum.*

Curiae Variſcorum. Bibliopolium *Grau.*

Erlangae. Bibliopolium *Palm.*

Francofurti a. M. Bibliopolium *Simon.*

Freyſingae. Antiquarius *Mozler.*

Furthae. Antiquarius *Heerdegen.*

Hei-

Heidelbergae. Bibliopolium *Mohr* et *Zimmer.*
Helmſtadii. Bibliopolium *Fleckeisen.*
Ienae. Commiſſarius Aulicus *Fiedler.*
Landishuti. Conſil. Aulic. et Bibliothecarius D. *Siebenkees.*
Lipſiae. Univerſ. Proclamator *Weigel.*
Monachii. Bibliopolium *Giel.*
Neoburgi. Profeſſor *Seybold.*
Noribergae.
— — Negotiator *Frauenholz.*
— — Bibliopolium *Lechnerianum.*
— — Diacon. *Rothius.*
— — Bibliopega *Schwemmer.*
— — Condiaconus *Wilderus.*
— — Bibliopolium *Zeh.*
Onoldi. Antiquarius *Beck.*
Salisburgi. Bibliopolium *Mayr.*
Serveſtae. Conrector *Stenzel.*
Solisbaci. Bibliopolium *Seidel.*
Ulmae. Bibliopolium *Stettin.*
Wirceburgi. Profeſſor *Koel.*

Qui Viri Honeſtiſſimi bonam fidem promtaque ſpondent inſerviendi officia, ſi ipſis literae ſumti-

bus

bus atque impenſis exoneratae a tabellariis *mature* tradentur.

Libros non niſi parata pecunia tradi poſſe, monere haud neceſſe erit. Qui igitur libros coëmere ſatagunt, ſumtibus receptacula aſſignabunt et tranſitus vecturaeque impenſas ipſi ferent. Quem in finem amicis per literas perſpicue ſcriptas rationem ac modum indicabunt, quo libros transmittendos recipere pecuniamque perſolvere velint. Solutio moneta vel aurea vel argentea, ad curſum hodiernum reducenda, facienda eſt.

Omnes denique literarum fautores et b. *Murrii* amicos rogamus, ut aliis bibliophilis hujus catalogi perluſtrandi copiam faciant ſimulque declarent, eo die, quem titulus indicat, auctionis initium, ſine ulla alia prolatatione, ſumtum iri. Si qui emturientium iſtud tempus conſtitutum terminumque praefixum non obſervaturi erunt, in ipſis ut ajunt poſt feſtum venientibus omnis haerebit culpa. Scrib. Noribergae, pridie Iduum Sept. Anno cIↃIↃcccxI.

CONSPECTUS.

XI.

XXI.

CATALOGVS LIBRORVM.

I. *Auctores Graeci.*

(Textus, Verſiones, Commentt.)

IN FOLIO.

1. *Onoſandri* Strategicus; Gr. Lat. c. uerſ. Gall. de *Zur-Lauben* c. Comment. Nic. *Schwebelii;* c. Fig. Norib. 762. RE.

IN QUARTO.

2. *Alexander,* de Fato; Gr. ed. Jo. *Caſelio.* Roſtoch. 588. LdrRE.
2. b. *Cramer,* J. C. de Synchroniſmo Sapphus et *Anacreontis.* Ien. 755. Pd.
2. c. *Muratorii,* L. A. Anecdota Graeca. Gr. Lat. c. n. Patav. 709. Pd.
3. Anthologia Vett. Graec. Gr. Lat. interprete Eilh. *Lubino;* in Bibliop. Commelin. 604. Pg.
4. Singularia *Antonini* Iurisprud. Capita; praeſ. A. F. *Rivino.* Lpſ. 732. br.
5. *Schweighaeuſeri* Exercitatt. in *Appiani* Hiſt. Rom. Argent. 781. Pd.
5 b. *Arati* Verbum etc. Diſſertatt. III. c. Partic. ex *Fabricii* B. Gr. de Arato. Pd.
6. *Syriani* Comment. in *Ariſtotelis* Metaphyſ. lat. p. Hier. *Bagolinum.* In *Acad. Veneta.* 558. Pd. Plagg. 44—48. deſiderantur.
7. *Schwebelii* et *Koehleri* Commentatt. in *Bionis* et Moſchi Jdyllia. Norib. 753. Ien. 772. Pd.

8. *Cebetis* Tafel; aus dem Griechisch. durch G. J. Schütz. Frkf. 656. Pd.
9. *Simplicii* Comment. in *Epicteti* Enchiridion. Gr. Lat. interprete H. *Wolfio* c. Animaduerſ. *Salmasii*. L. Bat. 640. Pd.
9. b. *Ammon* et *Harleſs*, de *Euripidis* Hecuba et Hippolyto. Erl. 788. 791. Pd.
9. c. *Heliodori* Opticorum Capita. Gr. Lat. ex Bibl. Lindenbrog. (Hamb.) 610. Pd.
10. *Leisner*, J. F. de Herodiano Herodianique verſ. Bergler. Lipſ. 761. Pd.
11. *Degen*, J. F. Obſeruatt. in *Herodotum* Partic. I. Onold. 790. br.
11. b. *Beck*, C. D. Diſſ. II. de Scholiaſtis Gr. inprimis Homeri etc. Lipſ. 785. Pd.
11. c. d. *Homerica* i. e. Libelli varii de *Homero* in duo volumina collecti. 2 Pdb.
11. e. *Cuperi*, G. Apotheoſis *Homeri*. Amſterd. 683. Pg.
11. f. *Seberi*, W. Index Vocabulorum *Homeri*. In Bibliop. Commelin. 604. Pd. c. m. Autoris in fronte.
12. *Jſocratis* Epp. Gr. c. uerſ. gemina et not. ed. J. D. *Koelero*. Viteb. 706. Lib. rar.
13. *Schurzfleiſch*, C. S. Animaduerſs. ad *Longini* περι ὕψους Comment. Vit. 711. Pd.
13. b. *Manethonis* Apotelesmaticorum lib. VI. Gr. Lat. c. n. J. *Gronovii*. ſ. l. et a. Pd.
14. *Mulierum* Graecarum Fragmenta et Elogia. Gr. Lat. ed. J. C. *Wolfio*. Hamb. 1735. Pd.
14. b. *Nonni* Evangelium ſec. Joannem Gr. Lat. p. Jo. *Bordatum*. Paris. 561. Pg.
14. c. *Phile*, de Animalium proprietate; Gr. Lat. p. Greg. *Bersmann*. c. Animaduerſs. J. C. de *Pauw*, Traj. 730. RE.
15. *Geiſsler*, J. G. de *Photii* Scientia Medica. Lipſ. 746. geh.

16. *Leich*, J. F. Diatribe in *Photii* Bibliothecam. Lipſ. 748. Pd.
17. *Mingarelli*, J. A. de *Pindari* odis. Bonon. 772. Pd.
18. *Pindaricorum* Carminum Fragmenta. Gr. c. n. ed. J. G. *Schneider*. Argent. 776. Pd.
19. *Pollucis* Onomaſticon. Gr. Lat. interprete R. *Gualthero* ed. W. *Sebero*. Fcf. 608. Pd.
20. *Procopii* Hiſt. Arcana Gr. Lat. ed. Jo. *Eichelio*. Helmſt. 654. LdrRE.
21. *Leonis Allatii* de *Psellis* diatribe; acc. Mich. *Pselli* de omnivaria doctrina; c. n. J. A. *Fabricii*. Hamb. (711.) Pd.
22. *Scylacis* Periplus. Acc. Anonymi Periplus etc. Gr. Lat. c. n. Js. *Vossii*. Amſt. 638. Pd.
22. b. *Heuſinger*, J. F. de Cod. *Sophoclis* et Obſeruatt. in Ajacem et Electram. Ien. 744. Pd.
22. c. *Aurivillii*, P. F. Prolegomena ad lib. *Stephanites* et *Jchnelates*. Vpſal. 780. Pd.
22. d. *Steſichori* Fragmenta. Autore J. A. *Suchfort*. Gott. 771. Pd.
23. *Themiſtii* Oratt. Sex Gr. Lat. c. n. G. *Remi*. Amb. 605. c. m. Autoris in fronte. Pd.
24. *Theophrasti* Characteres; Gr. Lat. c. uar. lect. notis A. *Buchneri* edid. J. C. *Schwarz*. Cob. 739. Pd.
25. Heilmann, J. D. von der Schreibart des Thucydides. Lemgo (758.)
    a) *Fabricius*, J. A. de *Thucydide* (Partic. B. Gr. Fabric.)
    b) *Evers*, E. A. de Prooemio *Thucydidio*, Gott. 703. Pd.
26. *Schweighaeuſer*, J. diſſ. I. de Philoſophia. II. de Moribus Socratis ex *Xenophonte*. Argent. 785. Pd.
26. b—e. *Theocriti* Reliquiae cum Schol. Gr. et Commentt. Var. edid. Reiske. Vienn. 756. 4 Pdb. cum multis libellis de Theocrito agentibus ac Fig.

26. f. *Sapphus* Fragmenta et Elogia Gr. Lat. ed. J. C. *Wolf.* Lond. 733. Frzb.
26. g. Poetriarum Octo Fragmenta. Gr. Lat. Acc. *Olearii* difs. c. notis ac Indd. Hamb. 734. Frz.
26. h. *Xenophontis* Ephefiacorum lib. V. Gr. Lat. cum n. Var. et fuis ed. A. E. L. B. de *Locella.* Vindob. 796. Pd.

IN OCTAVO.

27. 28. *Wolfii*, J. C. Anecdota Gr. Sacra et Profana. Gr. Lat. cum n. Tom. I—IV. Hamb. 722. 2 Pdb.
29. (*Reiske*) Anthologia Gr. (ex Miscell. Lipf. novis. Lipf. 753.) Pd.
30. (Eiusd.) Anthologiae Gr. a Conftant. *Cephala* conditae lib. III. Gr. Lat. ac Commentt. Lipf. 754. Pd.
31. *Schneider,* J. G. in *Cephalae* Antholog. Acc. Emendatt. in *Aristotelem* et Antig. *Caristium.* Lipf. 772. Pd.
32. *Hufchke,* J. G. Analecta Critica in Antholog. Gr. Ien. 800. Pd.
33. *Siebenkees,* J. Ph. Anecdota Gr. Norib. 798. Pd.
34. Eclogae Epiftolarum Gr. c. lat. uerf. Tub. 540. Pd.
35. Epigrammata Gr. Veterum. Gr. Lat. Col. 528. Pd.
36. *Aeliani* Var. Hift. lib. XIV. Gr. Lat. c. Ind. ac not. cur. J. H. *Lederlini.* Argent. 713. Pg.
37. *Aefchinis* et *Demosthenis* Oratt. contrariae. Gr. c. Comment. Jo. *Sturmii*; ed. Ed. *Hilderico.* Altd. 581. Pd.
38. *Aefopica* Mythologia Gr. Lat. c. n. J. N. *Neveleti.* Fcf. 610. Pg.

39.

39. *Aesopi* Fabulae Gr. Lat. cum n. et ind. J. M. *Heusinger*. Isen. 756, Hlbfrz.
40. Eiusd. Fabulae. Gr. Lat. L. Bat. ap. Plant. 593. RE.
41. Eiusd. Fabulae. Gr. Lat. Lipſ. (570.) Sl.
42. *Alciphronis* Epp. Gr. Lat. c. n. St. *Bergleri*. Lipſ. 715. Pg.
43. *Andocidis, Antiphontis* et *Isaei* Oratt. XXX. Gr. Latin. p. Alph. *Miniatum*. Hanov. Wech. 619. Ldr.
44. *Sluiter*, J. O. Lectiones *Andocideae*. Acc. *Valkenaerii* et *Luzacii* Animaduerſs. L. Bat. 804. Pd.
45. *Andronici* Ethicorum Nicomach. Paraphraſis Gr. cum uerſ. lat. Dan. *Heinsii*. Cantabrig. 679. EB.
46. *Antimachi* Reliquiae; ed. C. A. G. *Schellenberg*. Acc. Ep. F. A. *Wolfii*. Hal. 786. Pd.
47. M. *Antonini* Commentt. quos ipſe ſibi ſcripſit. Gr. Lat. Lipſ. 775. RE.
48. *Aphthonii*, Progymnasmata Gr. Lat. c. Scholiis *Lorichii*. Vratisl. 685. Pg.
49. *Apollodori* Bibliothecae lib. tres. Gr. Lat. c. n. Tan. *Fabri*. Salmur. 661. Pg.
50. *Apollonii Dyscoli* Hiſt. Commentit. Gr. Lat. c. n. *Xylandri*, *Meursii* ed. L. H. *Teucher*. Lipſ. 792. Pd.
51. *Apollonii* Rhodii Argonautic. lib. IV. Gr. Lat. p. Jerem. *Hoelzlin*. c. Comment. L. Bat. Elz. 641. Pg. c. m.; J. A. *Ernesti* in fronte.
52. 53. *Apollonii Rhodii* Argonautica. Gr. ed. R. F. Ph. *Brunk*. Arg. 780. Vol. II. comprehendit Var. lectt. et notas. 2 Pdb.
54. 55. *Appiani* Rom. Hiſtoriar. quae ſuperſunt. Gr. c. n. Varior. ed. L. H. *Teucher*. Tom. I. II. Lemg. 796. 2 Pdb.
56. *Aristaeneti* Epp. Gr. Lat. c. n. *Merceri* ed. J. C. de *Pauw*. Traj. 736. Pg.

57.

57. (*Abreſchii* et aliorum) Conjecturae in *Aristaeneti* Epp. c. *Salmasii* et *Munkeri* notis in *Aristaenet.* Amſt. 752. Pd.
58. *Baſt*, F. I. Spec. edit. novae *Aristaeneti.* Vindob. 796. Pd.
59—61. *Aristidis* Oratt. T. I. II. III. Gr. Lat. p. G. *Canterum* (1604. ap. P. Steph.) 3 Pdb. Pars collectionis Orator. Gr.
62. Eiusd. Or. adv. Leptinem. Acc. *Libanii* declam. pro Socrate; *Aristoxeni* Rhythmicorum Element. Fragmenta; Gr. Lat. ed. J. *Morellius.* Venet. 785. br.
63. *Aristidis* Scripta. Gr. Lat. c. n. L. *Normanni.* Lipſ. 715. RE.
64. *Q. Septimii Florentis* Commentt. in *Aristophanis* Pacem cum textu Gr. Lutet. 589. Pd.
65. *Aristophanis* Acharnenſes. Gr. c. uar. lectt. ac n. J. G. C. *Hoepfner.* Pars. I. Hal. 798. Pd.
66. Eiusd. Plutus c. n. Varior. et *Coluthi* Raptus Helenae c. n. T. C. *Harles.* Norib. 776. Pd.
67. Eiusd. Nubes; c. Schol. Vett. et notis J. A. *Ernesti.* Lipſ. 753. Pd.
68. Eiusd. Aves. Gr. c. adnotat. C. D. *Beck.* Lipſ. 782. Pd.
69. Eiusd. Plutus. Gr. c. Schol. Vett. uar. lectt. ac n. Tib. *Hemsterhuis.* Harling. 744. Frz.
70—74. *Friſchlini*, N. *Aristophanes* Gr. Latin. Frcf. 586. 5 Pdb.
75. *Boettiger*, C. A. *Aristophanes* impunitus Deorum irriſor. Lipſ. 790. Pd.
76. *Aristophanis* Ranae. Gr. c. Schol. Gr. c. uar. lectt. ac ind. ed. J. G. C. *Hoepfner.* Vol. I. Hal. 797. Pd.
77. *Aristophanis* Nubes. Gr. Lat. c. Schol. Gr. ex rec. *Kusteri.* Harderov. 752. Pg.
78—81. Eiusd. Comoediae Gr. (cum notis) edid. R. F. Ph. *Brunk.* Tom. I. II. III. Argent. 783. 4 REb.

82.

82. *Eichstaedt*, H. C. A. de dramate Gr. comico. Lipſ. 793. Pd.
83. *Mahne*, G. L. diatribe de *Aristoxeno*. Amſt. 793. br.
84. *Arrianus* de *Epicteti* disputatt. Gr. Lat. c. n. H. *Wolf*. Colon. 595. Pg.
85. *Arrianus* de Expedit. Alex. M. Indica etc. Gr. Lat. c. n. *Blancardi*. Amſt. 668. Pg.
86. 87. b. *Athenaei* Deipnoſoph. lib. XV. Gr. c. uerſ. Gall. et notis ed. G. H. *Schaefer*. P. I. II. III. Lipſ. 796. 3 Pdb.
88. *Chionis* Epp. Gr. c. n. et ind. ed. J. Th. *Cober*. Dresd. 765. br.
89. *Constantini* Porphyrogenetae Opp. Gr. Lat. ed. J. *Meursio*. L. Bat. Elz. 617. Pg.
90. *Dionis Cassii* Hiſt. Rom. Fragmenta c. uar. lectt. primum ed. a J. *Morellio*. Baſſani 798. Pd.
91. *Demosthenis* et *Aeschinis* edendi ſpecimen; Gr. Lat. c. n. H. *Wolfii*. Baſ. 569. Ldr.
92. Eiusd. Or. in Midiam, Gr. c. n. G. L. *Spalding*. Berol. 794. Pd.
93. Eiusd. Or. in Leptinem Gr. c. Schol. Vett. et c. Comment. perpetuo. Acc. *Aristidis* Declamatio ejusd. cauſſae; ed. F. A. *Wolf*. Hal. 789. Pd.
94. 95. Dio Kaſſius, Jahrbücher der Röm. Geſchichte; a. d. Griech. mit Anmerkung. von A. J. Penzel, 1ter u. 2ter Band, Leipz. 786. 2 Pdb.
96. *Dionysii* Halic. Scripta omnia Lat. per *Gelenium* et *Sylburg*. Han. Wech. 615. Pg.
97. *Diodori* Siculi Bibliothecae Hiſt. lib. XV. ex interpret. L. *Rhodomani*. Han. Wech. 611. Pg.
98. *Dionysii* Orbis deſcriptio; Gr. Lat. c. Commentt. *Eustathii*. Oxon. Sheld. 710. EB.
99. *Dictys* de bello Trojano; c. n. *Merceri*, *Barthii*, *Obrechti*, *Vindingii* et Ind. *Artopoei*. Arg. 691.

b.

b. *Daretis* Phrygii de bello Trojano lib. VI. a Corn. *Nepote* lat. carmine donati. Antverp. 608. Ldr.

100. Hiſtoricorum Gr. antiquiſſimorum Fragmenta collegit Frid. *Creuzer, (Hecataei, Charonis* et *Xanthi* omnia) Heidelb. 806. Pd.

101. *Herodoti* Halic. Hiſt. libb. IX. et de Vita *Homeri*, Lat. Acc. H. *Stephani* Apologia pro Herodoto et Spicilegium *Sylburgii*. Frcf. Wech. 595.

b. *Jani Douſae* Epodon lib. II. L. Bat. Plant. 584. Pg.

102. *Hecataei* Fragmenta; Gr. Lat. cum n. Ioſ. *Scaligeri* et Comment. *Zornii*. Altona 730. Pd.

103. *Hegesippi* de bello Judaico et Hieroſol. excidio; Latin. cum not. Corn. *Gualtheri*. Colon. 559. Sl.

104. *Herodiani* Hiſtor. lib. VIII. Gr. Lat. c. n. H. *Boecleri*. Acc. Index *Scheidii*. Argent. 594. RE.

105. *Hieroclis* Aſteia; Gr. Latin. ex rec. *Schier*. Lipſ. 768. Pd.

106. Incerti Scriptoris Gr. Fabb. Homericae de Vlyxis erroribus; Gr. Lat. c. n. Jo. *Columbi*. L. Bat. 745. Pd.

107. *Hesychii* Opuscula. Gr. Lat. c. n. Jo. *Meursii*. Acc. *Bessarionis* Ep. L. Bat. 613.

b. *Moursii* Graecia ludibunda et *Seuterii* Palamedes. L. Bat. Elz. 625. Pg.

108. *Epicteti* Enchiridion. Gr. Lat. c. Schol. Gr. et c. n. (*Heynii*) Dresd. 756. Pg.

109. Eiusd. idem lib. Gr. c. n. *Schwebelii*. Norib. 771. Pd.

110. *Eratosthenis* Cataſterismi. Gr. Lat. c. Comment. *Schaubach* et Ep. *Heynii*; c. Tab. aen. Gotting. 795. Pd.

111. *Iuliani* Caesares; Gr. Lat. Gall. cum n. Var. et Ind. ed. *Heusinger*; c. nummis aeri inc. Goth. 736. Pg.
112. *Libanii* Epp. Gr. Lat. cum n. I. C. *Wolfii*. Lipſ. 711. RE.
113. Eiusd. Epp. XII. Gr. Lat. p. *Richard*, c. Obſeruatt. *Holstenii* et *Lambecii*. (Ien.) 707. br.
114. *Isocratis* Oratt. et Epp. Gr. Lond. 615. Pg.
115. Eiusd. Scripta. Gr. Lat. p. H. *Wolfium*. Baſ. 613. geſchrieb. Pg.
116. *Neandri*, M. Phraſeologia *Isocratis*. Caret initio et fine. Pd.
117. *Longinus* de Sublimitate. Gr. Lat. c. Comment. *Porti*; ex rec. et c. n. Zach. *Pearce*. Amſt. 733. Pg.
118—125. *Luciani* Opp. Gr. Lat. cum n. ed. I. P. *Schmid*, T. I—VIII. Mitav. 776. 7 Pdb.
126. *Palaephatus* de Incredibilibus. Gr. Lat. c. n. *Brunneri*. Vpſal. 663. Pg.
127. *Luciani* Philopatris. Gr. Lat. cum n. I. M. *Gesneri*. Ien. 715. RE.
128. Eiusd. Timon. Gr. Lat. c. n. Lamb. *Barlaei*. L. Bat. 652. Pd.
129. *Lysiae* Oratt. XXXIV. Gr. Lat. ed. Iod. *Vanderheid*. Marb. 583. Pg.
130. *Luciani* Somnium. Gr. Acc. *Theocriti* Piscatores. Lipſ. 664. Pd.
131. Eiusd. Mortuorum dialogi. Gr. ed. *Schlaeger*. Helmſt. 739. br.
132. Scholia Gr. in Vol. I. et II. *Luciani*; ex rec. et c. n. Jo. *Clerici*. (Amſt. 687.) Eſt Pars Operis Lucianei. RE.
133. *Jensii*, J. Lectiones Lucianeae. Acc. Ep. de aliquot *Diodori Siculi* locis. H. Com. 699. Pd.
134. *Luciani* Aſtrologia *Erasmo* interprete, cum Comment. Joſ. *Struthii*. Cracov. p. Scharffenberg. 531. Pd.

135. Sapphus Gedichte; a. d. Griech. von J. Stählin. Lpz. 734. Pd.
136. *Theophili*, Ἐκθησις περι ἐπιςολικων τυπων Hal. 747. Pg.
137. *Stratonis* aliorumque Epigrammata. Gr. ed. *Klotzio*. Altenb. 764. Pd.
138. *Suidae* et *Phavorini* Glossae Sacrae Gr. c. n. I. C. G. *Ernesti*. Lips. 786. Hlbfrz.
139. *Tyrwhitti*, Th. Conjecturae in *Strabonem* ed. *Harles*. Erl. 788. Pd.
140. *Pausaniae* Commentt. de Graeciae regionibus, interprete *Amaseo*; c. n. *Sylburg*. Fcof. Wech. 624. Hlbfrz.
141. *Pletho* de Fato et *Bessarionis* Epp. cum *Camariotae* Oratt. Gr. Lat. ed. H. S. *Reimar*. L. Bat. 722. Pg.
142. Ge. Gemisti *Plethonis* de iis quae post pugnam Mantinensem etc. Gr. Lat. c. n. *Reichardi*. Lips. 770. Pd.
143. Ge. *Logothetae* Chronicon Constantinopol. Gr. Lat. c. n. L. Bat. 614.
 b. *Dousae*, G. Ep. de Itinere suo Constantinop. ex offic. Plantin. 599.
 c. *Meursii*, J. Notae ad Ge. *Codini* Origg. Constantinop. Aur. Allobr. 607. Pd.
144. *Phalaridis* Epp. Gr. Lat. c. n. Car. *Boyle*. Oxon. Sheld. 665. EB.
145. *Plutarchus* de educandis liberis. Gr. Lat. Ingolst. 608. geschr. Pg.
146. Eiusd. reip. gerendae praecepta. Gr. Lat. p. *Xylandrum* c. resolutione *Junii*. Argent. 598. geschr. Pg.
147. Eiusd. de natura Daemonum Lat. p. J. *Camerar*. Lips. Voegel. (568.) br.
148—150. Eiusd. Opp. Moralia Gr. c. n. H. *Stephani*. Acc. Aemilius Probus. T. I. II. III. exc. H. Steph. 572. 3 Pgb.

151.

151—153. Eiusd. libri ead. editio. 3 Pgb.
154—159. Eiusd. Vitae Parallelae; c. uar. lectt. ac notis ed. *Hutten.* T. I—VI. Tub. 791. 6 Pdb.
160. *Procli Diadochi* Paraphrasis in Ptolemaei libb. de siderum effectionib. Gr. Lat. p. L. *Allatium.* L. Bat. Elz. 635. Ldr.
161. Müller, J. W. Commentar über zwey mathematische Stellen im Plato; mit 1. Kpftafel. Nbg. 797. Pd.
162. *Marini* Vita *Procli.* Gr. Lat. c. n. I. A. *Fabricii.* Lond. 703. RE.
163. *Pindari* Carmen in Psaumidem; Gr. Lat. c. Comment. J. W. *Süvern.* Lemg. 796. Pd.
164. Schneider, J. G. Ueber Pindars Leben und Schriften. Strasburg 774. Pd.
165. *Philostratus* de Vita *Apollonii* libb. VIII. *Eusebii* adversus Hieroclem Apologia. Lat. ed. G. *Longolio.* Colon. Gymn. 532. Sl.
166. *Pindari* Carmina. Gr. Acc. Ep. Huld. Zwing. Bas. Crat. 526. Sl. Omnium editt. *Pindari* longe emendatiss.
167. Plutarch von Isis und Osiris und Herodots Nachricht von Egypten, erläutert von J. S. Semler. Berl. 748. RE.
168. Eiusd. Vitae Gr. Romanorumque; Lat. Lugd. 560. Sl. Editor Hier. *Gemusaeus.*
169—180. *Platonis* Opp. Gr. Lat. c. uar. lectt. T. I—XI. Bipont. 781. 11 Pdb.
181. 182. *Herodoti* et *Ctesiae* Opp. Gr. ex rec. *Wesseling.* ed. A. C. *Borheck.* Vol. I. II. Lemg. 781. 2 Pdb.
183—197. *Aristotelis* Opp. Gr. Lat. c. Ind. Vol. I. II. A. Allobr. 607. 16 Pdb.
198. *Axiochus.* Gr. Lat. c. n. I. F. *Fischeri.* Lips. 758. Pg.
199. *Timaei* Lexicon Vocum Platon. c. uar. lectt. ac notis D. *Rhunkenii.* L. Bat. 754. Pd.

200. *Thucydidis* de bello Peloponnesiaco. Lat. c. n. ed. *Enenkel.* Tub. 596. Pg.
201. *Themistoclis* Epp. Gr. c. n. et Ind. ed. J. C. *Bremer.* Lemg. 776. Pd.
202—204. *Xenophontis* Hellen. Hist. Acc. *Dodwelli* Chronologic. Varia. Apomnemon. Socratis Apologia. Oeconomic. Gr. Lat. Vol. I. II. III. Oxon. Sheld. 664. 3 EB.
205. Eiusd. Cyropaedia ad *Hutchinsoni* rec. (ed. *Schneider*) Gr. c. Ind. Stutg. 776. Pd.
206. Id. de Expeditione Cyri minoris Gr. cum not. *Hutchinsoni.* Acc. de Rep. Laced. et Atheniens. c. Ind. Lips. 775. Pd.
207. 208. Max. *Tyrii* Dissertatt. ex rec. *Dauisii;* c. *Marklandi* et suis Annotatt. ed. *Reiske.* P. I. II. Gr. Lat. Lips. 774. 2 Pdb.
209. *Tyrwith*, Th. diss. de *Babrio.* Acc. Fabb. Aesopi et Babrii; c. praef. *Harles.* Erl. 785. Pd.
210. *Phlegontis Tralliani* Opuscula. Gr. Lat. ex rec. *Meursii* c. eiusd. et *Xylandri* notis. Acc. *Meibomii* Ep. de Longaeuis. Ed. *Franzio.* Hal. 775. Pd.
211. *Theonis* Progymnasmata. Gr. Lat. p. *Camerarium.* Bas. (541.) Sl.
212. *Themistoclis* Epp. Gr. Lat. ex rec. et c. not. *Schoettgenii.* Lips. 710. Pg.
213. *Xiphilini*, Io. excerptae ex *Dione* Vitae Caesarum etc. Gr. Lat. per Guil. *Blancum.* (Paris. 571.) Titulus est manu restitutus. RE.
214. *Zosimi* Hist. Nova. Gr. Latin. ex rec. *Sylburg.* c. n. Varior. ed. *Cellario.* Ien. 729. Pd.
215. *Euripidis* Tragoediae XIX. Gr. Lat. cum n. *Canteri.* Heidelb. Commelin. 597. Pg.
216. Scholia Gr. in IV. *Euripidis* Tragg. Bas. Hervag. 544. c. m. *Rechenbergii* in fronte. Pd.
217. *Jacobs*, F. Curae secundae in *Euripidis* Tragg. Lps. 796. Pd. c. Ep. Autoris mscr.

218—220. *Polybii* Hiſtor. Gr. Lat. ex rec. *Gronovii;* c. not. Varior. Acc. *Aeneae Tactici* de obſidione toleranda et *Gloſſarium* ed. I. A. *Erneſti.* Vol. I. II. III. Lipſ. 764. 3 Pdb.

221. *Callimachi* Hymni etc. Gr. Latin. ex recens. *Graevii;* c. n. Varior. et Ez. *Spanhemii;* cum Fig. Vltraj. 697. Pg.

222. *Camerarii*, Joach. Commentatio in *Sophoclis* Tragg. c. duplici conuerſione. Baſ. Opcr. 556. geſchr. Pg.

223. Scholia Vett. in *Sophoclis* VII. Tragg. Cantabrig. 677. Pd.

224. Leſſing, G. E. Leben des Sophokles; herausg. von Eſchenburg. Berl. 790. Pd.

225. *Euripidis* Cyclops; ex rec. *Hoepfneri;* cum n. *Goesii.* Norimb. 799. Pd.

226. *Euripidis* Hecuba; Gr. ex rec. et cum not. *Brunkii* ed. *Martini.* Lipſ. (781.) Pd.

227. Eiusd. Phoeniſſae; Gr. c. ind. ed. *Lang.* Lubec. 733. Pd.

228. *Wagner*, G. de Alceſtide Euripidea. Lipſ. 797. Pd.

229. *Euripidis* Alceſtis. Gr. Lat. c. n. Varior. et ſuis ed. *Kuinoel.* Lipſ. 789. Pd.

230. Eiusd. Reſos. Gr. Ital. per *Carmeli;* in Padova. 749. Pd.

231. Eiusd. Fragmenta; c. Commentatione ac Ind. ed. *Sturz*, Gerae 789. Pd.

232. *Menandri* et *Philemonis* Reliquiae; Graec. Lat. c. n. *Grotii* et *Clerici.* Amſt. 709. Pd.

233. Philargyrii (I. C. de *Pauw*) Emendatt. in *Menandri* et *Philemonis* Reliquias; c. praef. *Clerici.* Amſt. 711. Pd.

234. Phileleutheri (R. *Bentleii*) Emendatt. in *Menandri* et *Philem.* Reliquias. Traj. ad Rhen. 710. Pd.

235.

235—44. *Jacobsii*, Fr. Anthologia Gr. ex recens. *Brunckii.* Acc. Animaduerfs. T. I — X. Lipf. 794. 10 REb.

245. Eiusd. Emendatt. in Epigramm. Anthol. Gr. Lpf. 793. Pd.

246. *Siebelis*, C. G. de *Aeschyli* Perfis. Lipf. 794. Pd.

247. Schlichtegroll, über Hesiods Schild des Herkules. Goth. 788. Pd.

248. *Hesiodi* quae extant. Gr. Lat. c. Ind. ed. C. *Schrevel.* Amft. Elz. 657. Pg.

249. Eiusd. Opp. et dies. Gr. Lat. ed. ***Henischio.*** Baf. 580. Pd. Titulus manu reftitutus.

250. Eiusd. Opp. et dies. Gr. Lat. c. Enarratt. *Melanchthonis.* Hagen. Secer. 535. Pd.

251. *Anacreontis* Carmina. Gr. ex rec. ***Baxteri*** cum n. Ejusd. et H. *Steph.* ac ***Fabri***; ed. ***Fischer.*** Lipf. 754. Pd. c. notis mfs. viri cuiusdam eruditi marginalib.

252. Gnomici Poetae Gr. c. uar. lectt. ac notis ed. ***Brunk.*** Argent. 784. Pd.

253. *Pythagorae* et ***Phocylidis*** Poemata. Graec. Lat. p. *Amerbach.* Lipf. 580. Pd.

254. *Pythagorae* aurea Carmina. Gr. Lat. c. not. Varior. et fuis ed. *Schier.* ibid. 750. RE.

255. *Theognidis* Sententiae Elegiacae; Gr. Lat. c. Comment. ac Ind. ed. *Just.* Erford. (724.) Pd.

256. *Aeschyli* Prometheus vinctus. Gr. c. Schol. Gr. ac uar. lectt. ed. *Schütz.* Hal. 781. Pd.

257. *Millin*, A. L. Mineralogie des Homer; a. d. Franz. mit Anmerkung. von Rink. Königsb. 793. Pd.

258. *Seybold*, D. C. Super Odyffea Homerica. Hal. 769. Pd. c. b. Poff. Btheca Homerica mf.

259. Facius, J. F. Ueber die Aegis im Homer und Virgil. Erl. 774. Pd.

260. ***Feithii,*** Everh. Antiquitatt. ***Homeric.*** libb. IV. c. Fig. Argent. 743. RE.

261.

261. *Tzetzae*, Jo. Antehomerica, Homerica et Posthomerica. Gr. c. Comment. ed. F. *Iacobs.* Lipſ. 793. Pd.
262. Argonaut. Theb. Troica et Ilias parva (Laur. *Rhodomanni)* ed. M. *Neandro.* Lipſ. 588. geſchrib. Pg. Omnia Neandrina ſunt rara.
263. *Küsteri*, Lud. Hiſt. Crit. *Homeri.* Fcf. 696. b. Seybold, Schreiben über den Homer. Eiſen. 772. Pd.
264. *Halbkart*, C. W. Psychologia Homerica. Züllich. 796. Pd.
265. *Homeri* Batrachomyom. Griech. und Teutſch von C. T. Damm. Berl. 735. Pd.
